



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCLVI. De Quodam fratre.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gener. Ord. Teut.  
Meneko de Querfurt XII. Mag. Prov. in Prussia.

se credentes populos nullis sinit concuti terroribus, sed sua pie-  
tate concessâ pace, Christianorum fines ab omni hoste facit se-  
curos, quorundam in hac apostasia corda divinitus illustravit,  
qui omnia secreta hujus malitiæ detexerunt. Quo facto Com-  
mendator de Kunnigsberg cum Exercitu rediit festinus de ter-  
ritorio Wohensdorff, volens rebellionem Nattangiæ castigare.  
Quod cum perciperent viri de territorio Sclumen, poenitentiâ  
ducti, retulerunt equos fratrum de Kunnigsberg, obligantes se,  
quod vellent fratribus & fidei fideliter adhærere: Alii captivos  
reddiderunt, & sic terra Nattangiæ in pace quievit. Sed dum  
Commendator de Kunnigsberg cum suo Exercitu rediret, ut  
dictum est, Sambitæ & maximè Russici conspirationem fece-  
runt, ut omnes suos nobiles occiderent, & postea fratres & Chri-  
sti fideles invaderent manu fortî, eligentes sibi quendam Juve-  
nem dictum Naudiecam, filium Joduca, in Duceni belli, qui il-  
la vice non audens contradicere invitûs consensit. Sed post  
dies XIV. in præsentia Magistri & fratrum in Castro Kunnigs-  
berg omnia secreta hujus Apostasie & principales auctores no-  
minatim detexit. Unde Magister & alii attendentes, quod im-  
punitas scelerum intentionem auget delinquendi, omnes illos,  
qui hujus detestabilis criminis reos invenit, fecit justo DEI Ju-  
dicio diversis suppliciis trucidari, & sic iterum pax reddita est  
Christianis.

## C A P. CCLVI.

De

*Quodam fratre.*

Hoc tempore quidam frater in Castro (1) Welsais in infir-  
mitate agonizans reclinatus in sinum fratri Theodorici  
Sacerdotis, jaçens, raptus fuit per longum tempus, & vidit mira-  
bilia

*Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Meneko de Querfurt XII. Mag. Prov. in Prussia.*

bilia multa. Tandem reversus ad se ait : (b) Domine Th. prædicite mihi : Jesu Christe fili DEI, quo facto diem & horam mortis suæ veraciter prædixit.

## ANIMADVERSIONES

(a) Welsaß habet Jeroschinus.

(b) Verba sic redidit Jeroschinus: O lieber Herre Dittrich / sprecht mier vor / das ist nein Ule / den Versche: Jesu Christe / den man zu der Primen Zit / täglich singen pflit fol. 105. b. Postponit vero Jeroschinus hoc caput proximè sequenti.

## CAP. CCLVII.

*De  
Adventu fratris Conradi Magistri  
Generalis.*

EO tempore, quo adhuc apostasia Pruthenorum nec dum haberet finem, frater Conradus de (a) Wuggwangen Magister Generalis domus Teutonicæ, venit ad terram Pruschiæ, vidensque ipsam innumeris oppressam tribulationibus, fratres verbis & exhortationibus Salutiferis confortans per dona magnifica consolatur. (b)

## ANIMADVERSIONES.

(a) Auctor Chronicus Lat. sub Frid. Mag. habet Wuchtivangen: recentiores vero Feuchtwangen.

(b) Addit hic Jeroschinus, Magistrum in Bohemiam secessisse; ibique mortuum esse in Dragovvicz. Verba ipsius sunt sequentia:

Und schitt darnach herabe / Von Preussen hin gen Prague /  
Do auch des Erdes Blage / Vorschritt sie olden Dage  
Und jen sonder Klage / Ein ander besser Leben gab  
Daz erhatt aldir ohne Stab / sternde strecke sonder Lab /  
Zu Dragowicz da is sin Grab.

CAP.